Malinowski **obligatio**

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eatus] Branscen[sis] p[erso]n[ali]t[er] Comparens
Nobilis Lucas olim Martini Malinowski de Malinowo Zołtki
haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili
Benedicto olim Stanislai Malinowski de ibidem haeredi bonorum suorum
immobilium et eius successoribus in haered[itate] Malinowo Zołtki sitis in uno
tantum campo bito sulcos incipien[tes] a villa Malinowo Zołtki ad
granitiem S. Wojciechowska intermedias eiusdem creditoris et ex alte
ra partibus Nobilis Pauli Malinowski iacen[tes] cum omnibus eorundem
sulcorum utilitatibus nullis exceptis in summa decem floren[orum] polon[icalium]
[illegible] ad exemptione obligavit Cui eam exnunc intromissione
realem cum actuali ac pacifica possessione per Min[isteria]lem et Nobiles officiose
acceptandam dat et admittit submittendo se cum suis successoribus
eundem possessorem suum et eius successores occasione intromissionis ab omni
impedimento iuridico omnium et singularum personarum propinqua
rum et remotarum tueri defendere eximere et liberare intercede
re pacificare solus per se et per submissas personas non inviniare
sub vadio similis summae Et Coram officio praesenti Castren[si] Branscen[si]
peremptoria renuncione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus
apellationibus se et suos successores uti abferendo et abrenonciando sub
amissione litis totius et integrae causae.

Truskolesnich **iablonowo** **Donatio**

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eatus] Branscen[sis] p[erso]n[ali]t[er] Comparens Nobilis
Jacobus filius olim Stanislai Truskolesky de Truskolasy Lachy
haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilibus
Alberto Thomae Mattheo fratribus olim Jacobi Truskolesky fratribus pa
truelibus bona sua omnia mobillia et immobillia in haered[itate] Jablonowo
Kły consisten[tia] se recognoscen[tis] post parentes obvenientia seu aliquo
iusmodo et iuris titulo concernen[tia] in agris pratis campis silvis
rubetis et omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit donavit in
perpetuum et resignavit perpetuis temporibus Quibus iam exnunc
in praedicta bona intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per
Minis[teria]lem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit submit
tendo se cum suis posteris eosdem donatores suos vel eorum succes
sores occasione intromissionum ab omni impedimento iuridico omnium
et singularum personarum propinquarum et remotarum Cuiusvis status
status et conditionis existentium tueri defendere eximere et libera
re intercedere pacificare solus per se et per quasvis submissas
et subordinatas personas non inviniare sub damnis tenendis
simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio praesenti Castren[si]
Capitan[eatus] Branscen[sis] peremptoria renunciatione omnibus contro
versiis exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus
et earum prosequtionibus [illegible] abferendo et abrenonciando.

Falkowski **Quietatio**

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eatus] Branscen[sis] p[erso]n[ali]t[er] Comparens
Nobilis Valentinus olim Joannis Falkowski [illegible]